



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De spirituali cognatione. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



ianuā intrantes. Viri soror, glos appellatur. Sororis a. vir nō habet speciale nomē, nec vxoris frater.

DE SPIRITVALI COGNATIONE.

DISTINCT. XLII.

**D**E Parentalium graduū famosa quæstione, aliquid licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quæ etiā personam impedit, vt nō sint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quidē sunt, consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis: Affinitas inter eos, qui genere quidē non sunt cōiuncti, sed mediante genere sunt sociati, verbi gratia. Vxor filii fratris mei qui non est de genere meo, per ipsum, qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi. Spiritualis proximitas, est inter compatrem & commatrē: & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Est etiā inter filios eiusdem hominis carnales & spirituales.

*Hugo sen. 4.  
cap. 13.*

*30. q. 1. cap.  
Ad limina.*

*Quisint filij spirituales.*

Spirituales filii sūt, quos de sacro fonte leuamus, vel in catechizatione seu cōfirmatione tenemus. Filii etiā & filiz spirituales eorum sunt, qui trinitatis meritionis vocabulo eos sacro baptisate tingūt. Dicitur etiā spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua cōfiteretur. Vnde Symmachus papa. Omnes quos in pœnitētia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii: vt & ipsi quos vel nobis suscipiētibus, vel sub trinitatis meritionis vocabulo mergētibus, vnda baptismi regenerauit. Syluester etiā admonet, vt ad suā filiā pœnitentiā nullus sacerdos accedat: quia scriptum est, Omnes, quos in pœnitētia accipimus, ita nostri filii sunt, vt in baptismo suscepti: quorū omniū flagitiosa est cōmixtio. Quod a. compater & cōmater sibi iungi nequeāt, nec pater spiritualis: nec mater filiz, vel filio spirituali, ex

con-